

nauigare potest per mare quam statim non uideant. set mercatores qui cognoscunt nequitiam istorum piratarum & bene sciunt quod debent ipsos inuenire/ uadunt tam bene muniti & preparati quod de ipsis non timent posito quod inueniantur ab ipsis nam se audacter defendunt. dapnum ipsis piratis quam pluries inferendo. verum tamen non potest esse quod aliquam non capiant. Et quando isti pirate aliquam nauim mercatorum capiunt eis nauim cum omnibus mercimonijs auferunt

91r° & homines in aliquo non offendunt| set dicunt ite lucratum de alijs & forte iterum dabitis nobis. in isto regno est habundantia magna piperis & çimçiberis & canele & aliarum specierum & nucum de yndia habent etiam bucheranum de pulciori & subtiliori qui reperiatur in mundo habent preterea multa cara mercimonia. volumus uobis narare id quod mercatores aliarum partium fferunt in ha[n]c contractam cum ueniunt cum eorum mercimonijs ad istas partes causa emendi de mercimonijs mercatores quidem portant in eorum nauibus ramum & cum isto ramo sauonantur naues suas portant etiam syricum drapos aureos & de syrico sindonem aurum & argentum garofalos & species & de speciebus quas non habent & ista talia permutant de mercimonijs istorum de hac contracta & huc ueniunt naues de multis partibus uidelicet de prouincia mançi & mercatores portant per plures partes set illa que fferuntur ad aden post modum in alesandriam portant nunc de regno melibar diximus ergo discedentes ab ipso dicemus de regno goçurat & noueritis quod nos non dicimus de omnibus ciuitatibus regnorum quoniam nimis esset longa materia nam quo[d]libet regnum multas habet ciuitates & castra / hic naratur de regno gozurat

Gozurat est quoddam regnum magnum cuius gentes adorant ydola regem *adorant ydola* habent & loquelam per se & nuli redunt tributum & est uersus ponentem ab isto regno uidetur stella tramontane alta bene per sex gradus in isto regno sunt etiam perfidiores pirate de mundo. qui obseruant modum quem uobis 91v° dicemus. quando uero mer[c]atores transituri sunt per partes ubi pirate predicti conuersantur in mari. & habent perulas & lapides preciosos ne sibi rapiantur a piratis ipsis eos deglutiunt & si capiebantur perdebant aliqua mercimonia & lapides conseruant isto modo quia statim cum pirate arripuerant que inuenerant ipsos mercatores dimiteba[n]t abire. set quia nunc pirate sunt affecti de malicia statim cum naues ceperint & lapides & perulas non inueniant dant mercatoribus ad bibendum medecinam quamdam nomine tamarendj & aquam marinam simul quare statin lapides & perulas cum digestionem egerunt uel euomunt. & hinc pirate recoligunt ipsos & sic nullo modo posunt euadere mercatores quin si caperentur omnia perdant. habent insuper habundantiam magnam cimciberis piperis & yndi bonbicem etiam habent in magnam quantitatem quoniam habent arbores bonbicem producentes que altitudinis sunt pase se & iste* bene habent anos .xx. & quando

* F. fol. 89a,b: *qe sunt aut .vi. pas e cesti* so we should probably read: sunt passuum sex. & iste